ria. inuenisti enim gratiam apud
deū. Ecce concipies in utero
et paries filium. et uocabis no
men eius ihm̄. Hic erit magnus.
et filius altissimi uocabitur.
Et dabit illi dn̄s ds̄ sedem da
uid patris eius. et regnabit
in domo iacob in eternum. et
regni eius nō erit finis. Dixit
aūt maria ad angelū. Quo
modo fiet istud qm̄ uirum nō
cognosco. Et respondens ange
lus. dixit ei. Sps̄ sanctus superue
niet in te. et uirtus altissimi ob
umbrabit tibi. Ideoq; et quod
nascetur ex te scm̄. uocabitur
filius dei. Et ecce elizabeth cog
nata tua. et ipsa concepit filiū
in senectute sua. et hic mensis

[illegible]. Off[illegible]
lite timere ecce enim [illegible]
et iudicium ipse ueni[illegible]
nos faciat.
Accepta tibi sint d[illegible]
ieiunia. que et exp[illegible]
a grā dignos effici[illegible]
ppetua perducant
P. Com Ecce uirgo c[illegible]
piet filium et uocab[illegible]
eius emanuel. Co[illegible]
Salutaris tui d[illegible]
faciant supplices de[illegible]
ut cuius letantur [illegible]
ueniunt effectu. P. [illegible]
oř
iiii. tempor statio[illegible]
P ad aplos. Je[illegible]
Prope esto dn̄e [illegible]
tue ueritas initio [illegible]

[illegible]
[illegible] sicut [illegible]
[illegible]us. Ysaie. xi
[illegible]r dñs ds. Egredietur
[illegible] de radice iesse: et flo
[illegible]s ascendet. Et requi
[illegible] spc dñi. spc sapie
[illegible]s. spc consilii et for
[illegible] scie et pietatis. et
[illegible] spc timoris dñi. sed
[illegible] oculor iudica
[illegible] auditu aur[illegible]
[illegible]iudicabit in iusticia
[illegible] arguet in equitate
[illegible]us terre. Et percuci
[illegible]irga oris sui: et spu
[illegible] interficiet impiu.
[illegible]cia cingulum lum
[illegible]les cinctoriuum.

[illegible] maria abiit
in montana cum festinatione
in ciuitatem iuda: et intrauit
in domum zacharie. et saluta
uit elyzabeth. Et factum est ut au
diuit salutationem marie ely
zabeth: exultauit infans in u
tero eius. Et repleta est spu sco
elyzabeth: et exclamauit uoce
magna et dixit. Benedicta
tu inter mulieres: et benedictus
fructus uentris tui. Et unde hoc
michi. ut ueniat mater dñi mei
ad me. Ecce enim ut facta est uox
salutationis tue in auribus meis:
exultauit in gaudio infans i
utero meo. Et beata que credi
disti: quoniam perficientur ea que
dicta sunt tibi a dño. Et ait

q̄ [illegible]pitis. et iterum, nos uni

da misteriis. et clementer exau

di. P. Co. Ecce dn̄s ueniet et om̄s

sc̄i eius cum eo et erit in die illa

lux magna Complenda.

Qui nos dn̄e libatio sacram̄

ti sc̄a restauret; et a uetustate pur

gatos in misterii salutaris faci

at transire consortium. P.

Sabbo. iiii. temporum. statio ad

sanctum petrum. Introitus.

Veni et ostende nobis facie͂

tuam dn̄e qui sedes super

cherubyn et salui erimus. Ps. Qui

regis isr̄l intende qui deducis ue

lut ouem ioseph. Gl̄a. Oremus

Flectamus genua. Leuate.

Deus qui conspicis Oratio

quia ex nr̄a prauitate af

in t[illegible]

saluatorem [illegible]pugnatorem.

qui liberet [illegible]

dn̄s ab egypto. et cognoscent e

gypcii dn̄m in die illa: et colent

eum in hostiis et muneribus: et

uota uouebunt dn̄o et soluent.

Et percutiet dn̄s egyptum pla

ga: et sanabit eam. Et reuerten

ad dn̄m et placabitur eis: et

sanabit eos dn̄s d̄s nr̄. Gr.

A summo celo egressio eius et oc

cursus eius usq; ad summum ei

V. Celi enarrant gl̄am dei et o

pera manuum eius annunciat

firmamentum. Oremus.

Flectamus genua. Leuate.

Concede q̄s omp̄s Oratio

d̄s: ut qui sub pec̄ti iugo

tabit solitudo; et florebit qua
si lilium. Germinans germi
nabit: et exultabit letabunda
et laudans. Gloria libani data
est ei. decor carmeli et saron. Ipsi
gloriam domini uidebunt: et decorem
dei nostri. Confortate manus dis
solutas: et genua debilia robo
rate. Dicite pusillanimes confor
tamini: et nolite timere. Ecce deus
noster ultionem adducet retribu
tionis: deus ipse ueniet et saluabit
nos. Tunc aperientur oculi ce
corum: et aures surdorum patebunt.
Tunc saliet sicut ceruus clau
dus: et aperta erit lingua mutorum;
quia scisse sunt in deserto aque.
et torrentes in solitudine: et

et occursus eius usque ad summum
eius. Oremus. Flectamus
genua. Leuate. Oratio
Indignos nos quesumus domine famulos
tuos. quos actionis proprie culpa
contristat; unigeniti tui ad
uentu letifica. Per eundem. Epistola
Hec dicit Tercia. Lectio ysaie
dominus. Super prophete
montem excelsum ascende tu qui
euangelizas syon. Exalta in
fortitudine uocem tuam: qui e
uangelizas ierusalem. Exalta no
li timere. Dic ciuitatibus iude.
Ecce deus uester. Ecce dominus deus in fortitu
dine ueniet: et brachium eius do
minabitur. Ecce merces eius
cum eo: et opus illius coram illo.

[illegible] Mat[illegible] retentur [illegible] Gochi[illegible] [illegible]
hareds [illegible] pro Anno 1553

xpi habitet in vobis habun
danter in omni sapiencia. do
centes et commonentes vosmet
ipsos in psalmis. ymnis. et cã
ticis spiritualib; in gra cantan
tes in cordib; vestris dño. Om
ne quodcumq; facitis in ver
bo aut in ope. omnia in no
mine dñi ihū xpi. grãs agē
tes deo et patri. Per ipsum xpm
dnm nrm. Secdm matheum
In illo tempore Dixit ihc discipulis
suis parabolam hanc. Simi
le est regnum celorum hoi
qui seminavit bonum semē
in agro suo. Cum autē dor
mirent homines: venit ini
micus eius et superseminavit
zizania in medio tritici et
abiit. Cum autē crevisset her
ba et fructum fecisset: tunc
apparuerunt et zizania. Ac
cedentes autē servi prisfami
lias: dixerunt ei. Dñe: nonne bo
num semen seminasti in agro
tuo. Unde ergo hab; zizania.
Et ait illis. Inimicus homo
hoc fecit. Servi autem dixerūt
ei. Vis imus et colligimus ea.
Et ait. Non. ne forte colligē
tes zizania. eradicetis simul
cum eis et triticum. Sinite
utraq; crescere usq; ad messē:
et in tempore messis dicā mes
soribus. Colligite primū zi
zania et alligate ea in fasci
culos ad comburendū. tri
ticum autem congregate
in horreum meum. Secreta
Hostias tibi dñe placatio
nis offerimus. ut et delicta
nrã miseratus absolvas. et
nutancia corda tu dirigas.
Qs omnipse ds: Compl P
ut illius salutaris capia
mus effectum; cuius per
hec mysteria pignus acce
pimus. Per dominum

Dnica in septuagesima statio ad scm laurencium extra murum. Introitus

Circumdederunt me gemitus mortis dolores inferni circumdederunt me et in tribulatione mea invocavi dnm et exaudivit me de templo sco suo vocem meam. Ps Diligam te dne fortitudo mea. dns firmamentum meum et refugium meum et liberator meus. V. Gla.

Preces populi tui Oratio quesumus dne clementer exaudi. ut qui iuste pro peccatis nris affligimur; pro tui nominis gla misericorditer liberemur.

Ep. Ad corinthios

Fres. Nescitis quod hij qui in stadio currunt. omnes quidem currunt. sed unus accipit bravium. Sic currite. ut comprehendatis. Omnis autem qui in agone contendit. ab omnib; se abstinet. Et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant. nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro non quasi in incertum. sic pugno non quasi aerem verberans. Sz castigo corpus meum et in servitutem redigo. ne forte cum aliis predicaverim ipse reprob; efficiar. Nolo enim vos ignorare fres. quoniam patres nri omnes sub nube fuerunt. et omnes mare transierunt. et omnes in moyse baptizati sunt in nube et in mari. Et omnes eandem escam spiritalem manducaverunt. et omnes eundem potum spiritalem biberunt. Bibebant autem de spiritali consequente eos petra. Petra autem erat xpc. Grad Adiutor in oportunitatib; in tribulatione sperent in te qui noverunt te quoniam non derelinquis querentes

te dn̄e. ℣ Qm̄ nō in finem ob
liuio erit pauperis paciā paupe
rum nō peribit in etnum exur
ge dn̄e non preualeat homo.

De profundis Tractus

De clamaui ad te dn̄e dn̄e
exaudi vocem meam. ℣ Fiant
aures tue intendentes in ora
tionem serui tui. ℣ Si iniqui
tates obseruaueris dn̄e dn̄e qs
sustinebit. ℣ Quia apud te p
piciacio est et ꝓpter legem tuā
sustinui te dn̄e. A septua
gesima usq; ad feriam. iiij. cine
rum nō cantatur tractus nisi
in dieb; dnicis et festis.

Euuāg. Secundū matheum. 20

Dixit ihc discipulis suis pa
rabolam hanc. Simile est re
gnum celoꝝ hōini patrifa
milias. qui exiit primo ma
ne conducere operarios in
uineam suā. Conuentione
autē fcā cum opariis ex de
nario diurno. misit eos in
uineam suam. Et egressus
circa horam terciam uidit
alios stantes in foro ociosos.
et dixit illis. Ite et uos ī ui
neam meam. et quod iustū
fuerit dabo uobis. Illi autē
abierunt. Iterum autē exiit
circa sextam et nonam ho
ram. et fecit similiter. Circa
undecimam uero exiit. et
inuenit alios stantes. et di
cit illis. Quid hic statis to
ta die ociosi. Dicunt ei. Quia
nemo nos conduxit. Dicit
illis. Ite et uos in uineā meā.
Cum autem sero factū esset.
dicit dn̄s uinee procuratori
suo. Voca operarios et redde
illis mercedem. incipiens a
nouissimis usq; ad primos.
Cum uenissent ergo qui cir
ca undecimam horam ue
nerant. acceperunt singu

los denarios. Venientes autem
et primi: arbitrati sunt quod
plus essent accepturi. Acceperunt
autem et ipsi singulos denarios.
Et accipientes: murmurabant
adversus patremfamilias dicen-
tes. Hii novissimi una hora
fecerunt: et pares illos nobis
fecisti. qui portavimus pon-
dus diei et estus. At ille res-
pondens uni eorum dixit. Ami-
ce. non facio tibi iniuriam. Non-
ne ex denario convenisti me-
cum. Tolle quod tuum est
et vade. Volo autem et huic
novissimo dare: sicut et tibi.
Aut non licet michi quod volo
facere. An oculus tuus nequam
est. quia ego bonus sum. Sic
erunt novissimi primi: et pri-
mi novissimi. Multi enim sunt
vocati: pauci vero electi. Offertorium
Bonum est confiteri domino et psal-
lere nomini tuo altissime. Secreta

Muneribus nostris quesumus domine preci-
busque susceptis. et celestibus nos
munda misteriis. et clementer
exaudi. Per. Communio. Illumina faciem
tuam super servum tuum et salvum
me fac in tua misericordia domine non confun-
dar quoniam invocavi te. Complenda
Fideles tui deus per tua dona
firmentur: ut eadem et perci-
piendo requirant; et querendo
sine fine percipiant. Per. Do-
minica in sexagesima statio
ad sanctum paulum. Introitus.
Exurge quare obdormis
domine exurge et ne repellas
in finem quare faciem tuam aver-
tis oblivisceris tribulationem
nostram. adhesit in terra venter
noster exurge domine adiuva nos
et libera nos. Psalmus. Deus auribus
nostris audivimus patres nostri an-
nunciaverunt nobis. Versus. Gloria.
Deus qui conspicis Oratio
quia ex nulla nostra actio-

peccato suo quod peccauit: in ipso
morietur. Et dixistis. Non est
equa uia domini. Audite do
mus israel. Numquid uia mea
non est equa. et non magis
uie uestre praue sunt. Cum enim
auerterit se iustus a iusticia
sua et fecerit iniquitatem. mo
rietur in eis. In iniusticia sua
quam operatus est morietur. Et
cum auerterit se impius ab
impietate sua quam operatus
est. et fecerit iudicium et iusti
ciam. ipse animam suam ui
uificabit. Considerans enim
et auertens se ab omnibus ini
quitatibus suis quas operatus
est: uita uiuet et non mori
etur. Dicit dominus omnipotens. Gr.
Saluum fac seruum tuum deus
meus sperantem in te. V. Auri
bus percipe domine orationem meam.
S. eu: Secundum Johannem. 4
Erat dies festus iudeorum:
et ascendit ihesus ierosolimam.
Est autem ierosolimis probati
ca piscina. que cognominaba
tur hebraice bethsaida. quinque
porticus habens. In his iace
bat multitudo magna lan
guencium. cecorum. claudorum. a
ridorum: expectancium aque
motum. Angelus autem domini se
cundum tempus descendebat
in piscinam: et mouebatur
aqua. Et qui prior descendis
set in piscinam post motionem
aque: sanus fiebat. a quacum
que detinebatur infirmitate.
Erat autem homo quidam ibi.
triginta et octo annos habens
in infirmitate sua. Hunc ergo
cum uidisset ihesus iacentem.
et cognouisset quia multum
iam tempus haberet: dicit
ei. Vis sanus fieri? Respon
dit ei languidus. Domine. ho
minem non habeo. ut cum

turbata fuerit aqua. mittat
me in piscinam. Dum ueni
o enim ego. alius ante me
descendit. Dicit ei ihc. Surge.
tolle grabatum tuum et am
bula. Et statim sanus fcs e
homo. et sustulit grabatum
suum et ambulabat. Erat aut
sabbm in illa die. Dicebant
ergo iudei illi qui sanus fue
rat. Sabbm est. non licet tibi
tollere grabatum tuum. Re
eis. Qui me sanum fecit. ille
michi dixit. Tolle grabatum
tuum et ambula. Interroga
uerunt ergo eum. Quis
est ille qui dixit tibi. tolle gra
batum tuum et ambula. Is
aut qui sanus fuerat effectus.
nesciebat quis esset. Ihc aut
declinauit a turba constituta
in loco. Postea inuenit eum
ihc in templo. et dixit ei. Ecce
sanus fcs es. iam noli peccare
ne deterius aliquid tibi con
tingat. Abiit ille homo. et
nunciauit iudeis quia ihc
esset. qui fecit eum sanum.
Offr. Benedic anima mea dnm
et noli obliuisci omnes retribu
tiones eius et renouabitur sicut
aquile iuuentus tua. Secreta
Suscipe qs dne munera
nris oblata seruiciis. et tua
propicius dona sanctifica. P. Com
Erubescant et conturbentur omnes
inimici mei auertantur retror
sum et erubescant ualde uelo
citer. Complenda
Per huius dne operationem
misterii. et uicia nra purgentur;
et iusta desideria compleantur
P. Oro Sup populum.
Exaudi nos misericors ds;
et mentib; nris gre tue lumen
ostende. P. Sabbo. iiij. tpm
post Inuocabit Statio ad
scm petrum. Introitus

Jacob Perssons rekenskap aff Korssholms fogteri
vdi Nyslotz lenn ... anno 15..

te auctore facienda cognoscimus;
te operante impleamus. P(er). Lc(ti)o
f(eria) ii dieb(us) iii. In libro regum. In
illis. Factus est sermo d(omi)ni ad helyam thes
byten dicens. Surge et vade
in sareptam sidoniorum. et mane
bis ibi. Precepi enim ibi mulie
ri vidue: ut pascat te. Surre
xit. et abiit in sareptam. Cumq(ue)
venisset ad portam civitatis: ap
paruit ei mulier vidua colligens
ligna. Et vocavit eam: dixitq(ue)
ei. Da michi paululum aque
in vase ut bibam. Cumq(ue) illa
pergeret ut afferret: clamavit
post tergum eius dicens. Affer
michi obsecro et bucellam
panis in manu tua. Que res
pondit. Vivit d(omi)n(u)s d(eu)s tuus. q(uia)
non habeo panem. nisi quantum
pugillus capere p(otes)t farine in ydria.
et paululum olei in lechito.
En colligo duo ligna. ut ingre
diar et faciam illud michi et

filio meo ut comedamus et mo
riamur. Ad quam helyas ait.
Noli timere. sed vade et fac sicut
dixisti. Verumptamen michi primum
fac de ipsa farinula subcineri
cium panem parvulum. et af
fer ad me. tibi autem et filio tuo fa
cies postea. Hec autem dicit d(omi)n(u)s d(eu)s.
Ydria farine non deficiet. nec le
chitus olei minuetur. usq(ue) ad
diem in qua daturus est d(omi)n(u)s
pluviam sup(er) faciem terre. Que
abiit. et fecit iuxta verbum he
lie. Et comedit ipse et illa et do
mus eius. Et ex illa die ydria
farine non defecit. et lechitus
olei non est imminutus. iuxta
verbum d(omi)ni. quod locutus fu
erat in manu helye. Gr(aduale) Jac
ta cogitatum. V. xiii. Sec(undu)m
f(eria) iii. In illo. Locu matheum
tus est ih(esu)s ad turbas. et ad disci
pulos suos dicens. Sup(er) ca
thedram moysi sederunt scribe

Abo

Finland
1552
N:o 20

et pharisei. Omnia ergo quecumque
dixerint vobis servate et faci
te: secundum vero opera eorum nolite
facere. Dicunt enim et non fa
ciunt. Alligant autem onera gra
via et importabilia. et impo
nunt in humeros hominum.
digito autem suo nolunt ea
movere. Omnia vero opera
sua faciunt ut videantur ab
hominibus. Dilatant enim
philacteria sua: et magnifi
cant fimbrias. Amant autem
primos recubitus in cenis.
et primas cathedras in sina
gogis: et salutationes in foro.
et vocari ab hominibus rabbi.
Vos autem nolite vocari rab
bi. Unus est enim magister
vester. Omnes autem vos fratres estis. Et
patrem nolite vocare vobis su
per terram. unus est enim
pater vester qui est in celis. Nec
vocemini magistri: quia magister

vester unus est xpc. Qui maior
est vestrum: erit minister vester. Qui
autem se exaltaverit humilia
bitur: et qui se humiliat: ex
altabitur. Offertorium Miserere mihi
domine secundum magnam misericordiam tuam
dele domine iniquitatem meam. Secreta
Sanctificationem tuam nobis domine
hiis sacrificiis placatus ope
rare. que nos et a terrenis pur
get viciis. et ad celestia dona
perducat. Per. Communio Narrabo omnia
mirabilia tua letabor et exulta
bo in te psallam nomini tuo al
tissime. Complenda
Ut sacris domine reddamur
digni muneribus: fac nos quesumus
tuis semper obedire manda
tis. Per. Oratio Super populum
Propiciare domine supplicatio
nibus nostris. et animarum nostrarum me
dere langoribus: ut remissio
ne percepta. in tua semper bene
dictione letemur. Per. Feria

lum saginatum et occidite. ut
manducemus et epulemur:
quia hic filius meus mortu
us fuerat et reuixit. perierat
et inuentus est. Et ceperunt
epulari. Erat autem filius eius
senior in agro. Et cum ueni
ret et appropinquaret domui:
audiuit simphoniam et chor-
Et uocauit unum de seruis:
et interrogauit que hec essent.
Isque dixit illi. Frater tuus ue
nit. et occidit pater tuus ui
tulum saginatum quia sal
uum illum recepit. Indig
natus est autem: et nolebat
introire. Pater ergo illius e
gressus: cepit rogare illum.
At ille respondens dixit patri
suo. Ecce tot annis seruio ti
bi. et numquam mandatum
tuum preterii: et numquam
dedisti michi hedum ut cum
amicis meis epularer. Sed

postquam filius tuus hic qui
deuorauit substanciam suam
cum meretricibus uenit: occidi
sti illi uitulum saginatum.
At ipse dixit illi. Fili. tu semper
mecum es. et omnia mea tua
sunt. Epulari autem et gaudere
oportebat: quia frater tuus hic
mortuus erat et reuixit. pe
rierat: et inuentus est. Offer.
Illumina oculos meos ne quando
obdormiam in morte ne quando
dicat inimicus meus preualui
aduersus eum. Secreta
Hus sacrificiis domine
concede placatus. ut qui pro
priis oramus absolui de
lictis. non grauemur exter
nis. Per. Com. Oportet te fili gaudere
quia frater tuus mortuus fuerat et
reuixit perierat et inuentus est. Compl.
Sacramenti tui domine diui
na libatio penetralia cordis
nostri infundat; et sui partici-

pes potenter efficiat. P. Oro

Familiam Sup populum
tuam qs dne continua pie
tate custodi. ut que in sola
spe gre celestis innititur;
celesti etiam protectione mu
niatur. P. Dnica tercia i qua
dragesima. Statio ad scm lau
rencium extra murum. Introit.

Oculi mei semp itus
quia
ad dnm quoniam ipse e
uellet de laqueo pedes meos respi
quoniam
ce in me et miserere mei quia uni
cus et paup sum ego. Ps. Ad te do
mine leuaui animam meam ds
meus in te confido non erubescā.
V. Gloria. Oracio.

Quesumus omps ds. uota humi
lium respice; atq ad
defensionem nram dexteram
tue maiestatis extende. P.

Fratres. Ad ephesios.

Estote imitatores
dei sicut filii karmi. et ambu
late in dilectione. sicut et xps
dilexit nos. et tradidit semet
ipsum pro nobis oblationem
et hostiam deo in odorem sua
uitatis. Fornicacio autem et omis
inmundicia. aut auaricia
nec nominetur in uobis sic
decet scos. aut turpitudo. aut
stultiloquium. aut scurilitas.
que ad rem non ptinet. sed
magis grarum actio. Hoc autem
scitote intelligentes. quod
omnis fornicator. aut inmun
dus. aut auarus. quod est
idolor seruitus. non habet
hereditatem in regno xpi
et dei. Nemo uos seducat ina
nibus uerbis. Propter hec enim
uenit ira dei in filios diffiden
cie. Nolite ergo effici participes
eor. Eratis enim aliquando
tenebre. nunc autem lux in do
mino. Ut filii lucis ambula
te. Fructus enim lucis est.

in omni bonitate et iusticia
et veritate. Gr. Exurge domine
non prevaleat homo iudicentur
gentes in conspectu tuo. V. In con-
vertendo inimicum meum retror-
sum infirmabuntur et peribunt a
facie tua. Tractus
Ad te levavi oculos meos qui
habitas in celis. Ecce sic-
ut oculi servorum in manibus dominorum suo-
rum. Et sicut oculi ancille in
manibus domine sue. Ita oculi nostri
ad dominum deum nostrum donec misereatur
nobis. Miserere nobis domine mi-
serere nobis. Secundum
In illo tempore. Erat Lucam
Ihesus eiciens demonium et illud
erat mutum. Et cum eiecisset
demonium locutus est mutus.
Et ammirate sunt turbe. Qui-
dam autem ex eis dixerunt. In
beelzebub principe demoni-
orum eicit demonia. Et alii
temptantes signum de celo
querebant ab eo. Ipse autem
ut vidit cogitationes eorum
dixit. Omne regnum in se
ipsum divisum desolabitur
et domus supra domum ca-
det. Si autem et sathanas in se
ipsum divisus est quomodo
stabit regnum eius. quia di-
citis in beelzebub eicere me
demonia. Si autem ego in be-
elzebub eicio demonia filii
vestri in quo eiciunt. Ideo ipsi
iudices vestri erunt. Porro si in
digito dei eicio demonia pro-
fecto pervenit in vos regnum
dei. Cum fortis armatus cu-
stodit atrium suum in pace
sunt ea que possidet. Si autem
fortior illo superveniens vice-
rit eum universa arma eius
auferet in quibus confidebat.
et spolia eius distribuet.
Qui non est mecum adver-
sum me est. Et qui non col

fugit mecum: dispergit. Cum
immundus sp̄c exierit ab ho
mine. ambulat p loca inaq°
querens requiem: et non
inveniens dicit. Revertar
in domum meam unde exi
vi. Et cum venerit: invenit
scopis mundatam et orna
tam. Et tunc vadit et assu
mit septem alios sp̄c nequi
ores se: et ingressi habitant
ibi. Et sunt novissima ho
minis illius: peiora priori
bus. Factum est autem cum
hec diceret: extollens vo
cem quedam mulier de tur
ba dixit illi. Beatus venter
qui te portavit: et ubera q
suxisti. At ille dixit. Quin
immo. beati qui audiunt
verbum dei: et custodiunt
illud. Offer. Iusticie dni recte
letificantes corda et dulciora sup
mel et favum nam et servus tu

us custodiet ea. Secreta
Hec hostia qs dne emundet
nra delicta. et ad sacrificium
celebrandum subditorum tibi
corpa mentesq; sctificet. Co
Passer invenit sibi domum et tur
tur nidum ubi reponat pullos
suos altaria tua dne virtutum
rex meus et ds meus beati qui ha
bitant in domo tua in seculum se
culi laudabunt te. Complenda
A cunctis nos dne reatibus
et periculis ppiciatus absolve:
quos tanti misterii tribuis
esse pticipes. P. [illegible]
[illegible]
In deo laudabo verbum in dno
laudabo sermonem in deo sp̄avi
non timebo quid faciat michi ho
Ps Miserere mei ds qm concul
cavit me homo: tota die impug
nans tribulavit me. V Gla.
Cordibus nris qs. Ad

Joen Pagge anno 54

.h.

uero uite interfeciſtis. Quē dn̄s
ſuſcitauit a mortuis: cuius nos
teſtes ſumus. Et nunc fr̄es ſcio
qđ p̄ ignoranciam feciſtis. ſicut
et principes uri̅. Dn̄s aūt qui p̄
nunciauit p̄ os omniū p̄phār
pati xp̄m ſuum: impleuit ſic.
Penitemini igitur et conuerti
mini: ut deleantur ura̅ pc̄ca.
Gr. Hec dies. V. Dextera dn̄i fecit uir
tutem. dextera dn̄i exaltauit me. Alla.
V. Surrexit dn̄s uere et apparuit petro.
In ill t̄: Manifeſta Johannem xxi.
uit ſe ihc̄ iterum ad mare tyberia
dis. manifeſtauit aūt ſic. Erat (aūt)
ſymon petrus. et thomas qui
dicitur didimus et nathanael.
qui erat a chana galylee. et fi
lii zebedei: et alii ex diſcipulis
eius duo. Dicit eis ſymon petr̄.
Vado piſcari. Dicunt ei. Veni
mus et nos tecum. Et exierūt
et aſcenderunt in nauim: et il
la nocte nichil p̄ndiderunt.

diſcipulis ſuis

Mane aūt fc̄o ſtetit ihc̄ in littore.
nō tn̄ cognouerunt diſcipuli q̄
ihc̄ eēt. Dicit ergo eis ihc̄. Pueri.
numquid pulmentarium habetis.
Reſponderunt ei. Non. Dicit eis.
Mittite in dexteram nauigii
rete: et inuenietis. Miſerūt ergo.
et iam nō ualebant illud trahē
p̄ multitudine piſcium. Dicit
ergo diſcipulus ille quē dilige
bat ihc̄ petro. Dn̄s eſt. Symō (ergo)
petrus cum audiſſet quia dn̄s ē.
tunica ſuccinxit ſe. erat enim
nudus. et miſit ſe in mare. Alii
aūt diſcipuli: nauigio uenerūt.
Non enim longe erāt a terra. ſ;
quaſi cubitis ducentis. trahen
tes rethe piſciū. Ut ergo deſcē
derunt in terram: uiderunt
prunas poſitas. et piſcem ſup̄
poſitum et panem. Dicit eis ihc̄.
Afferte de piſcib; quos p̄ndi
diſtis nunc. Aſcendit ſymon
petrus. et traxit rethe in ter

tam plenum magnis piscibus. Cum tantum quinquaginta tribus. Et cum tanti essent: non est scissum rethe. Dicit eis ihesus. Venite prandete. Et nemo audebat discumbencium interrogare eum tu quis es: scientes quia dominus est. Et venit ihesus et accepit panem et dedit eis: et piscem similiter. Hoc iam tercio manifestatus est ihesus discipulis suis: cum resurrexisset a mortuis. Offertorium Portas celi aperuit dominus et pluit illis manna ut ederent panem celi dedit eis. panem angelorum manducavit homo alleluia Secreta

Sacrificia domine paschalibus gaudiis immolamus. quibus ecclesia tua mirabiliter pascitur et nutritur. per. Com Xpistus resurgens a mortuis iam non moritur alleluia mors illi ultra non dominabitur alleluia alleluia. Compl

Ab omni nos quesumus domine vetustate purgatos; sacramenti tui veneranda percepcio in novam transferat creaturam. per. Feria v. post pascha. Introitus

Victricem manum tuam domine laudaverunt pariter alleluia quia sapiencia aperuit os mutum et linguas infancium fecit disertas alleluia alleluia. Ps Cantate domino canticum novum: quia mirabilia fecit. V Gloria. Oratio

Deus qui diversitatem gencium in confessione tui nominis adunasti: da ut renatis fonte baptismatis una sit fides mencium; et pietas accionum. per. Actuum

In diebus illis. Angelus domini locutus est ad philippum dicens. Surge et vade contra meridianum: ad viam que descendit ab iherusalem in gazam. hec est deserta. Et surgens abiit. Et ecce vir ethiops eunuchus potens candacis regine ethiopum. qui erat super omnes gazas eius. venerat adorare in iherusalem. et revertebatur sedens super

Statio ad sanctos xii apostolos

currum suum. legensque ysaiam prophe
tam. Dixit autem spiritus philippo. Acce
de et adiunge te ad currum istum.
Accurrens autem philippus audivit
illum legentem ysaiam prophetam:
et dixit. Putasne intelligis que
legis? Qui ait. Et quomodo
possum si non aliquis ostenderit
michi? Rogavitque philippum: ut
ascenderet et sederet secum. Locus
autem scripture quam legebat: hic
erat. Tanquam ovis ad occisio
nem ductus est. et sicut agnus
coram tondente se sine voce: sic
non aperuit os suum. In humi
litate iudicium eius sublatum
est. generationem eius quis enar
rabit? Quoniam tolletur de terra
vita eius. Respondens autem eu
nuchus philippo dixit. Obsecro
te. de quo propheta dicit hoc. de se
an de alio aliquo? Aperiens autem
philippus os suum. et incipiens
a scriptura ista: evangelizavit

illi ihesum. Et dum irent per viam. vene
runt ad quandam aquam. Et ait e
unuchus. Ecce aqua. Quis pro
hibet me baptizari? Dixit autem
philippus. Si credis ex toto cor
de licet. Et respondens ait.
Credo esse dei filium ihesum christum.
Et iussit stare currum. Et des
cenderunt uterque in aquam philippus
et eunuchus: et baptizavit eum.
Cum autem ascendissent de aqua
spiritus domini rapuit philippum: et am
plius non vidit eum eunuchus.
Ibat autem per viam suam gaudens.
Philippus autem inventus est in
azoto. Et pertransiens evan
gelizabat civitatibus cunctis
donec veniret cesaream: no
men domini nostri ihesu christi. Gr. hec
dies. V. Lapidem quem reprobaverunt
edificantes hic factus est in caput an
guli a domino factum est et est mirabile in
oculis nostris. Alleluia. V. Surrexit ipse
qui creavit omnia et misertus est

In humano genere Iohannem .xx.

Fer. iiii. Maria stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret inclinavit et prospexit in monumentum. et vidit duos angelos in albis sedentes. unum ad caput et unum ad pedes. ubi positum fuerat corpus ihesu. Dicunt ei illi. Mulier quid ploras? Dicit eis. Quia tulerunt dominum meum. et nescio ubi posuerunt eum. Hec cum dixisset. conversa est retrorsum et vidit ihesum stantem. et non sciebat quia ihesus est. Dicit ei ihesus. Mulier quid ploras? Quem queris? At illa existimans quia ortulanus esset. dicit ei. Domine. si tu sustulisti eum. dicito michi ubi posuisti eum. et ego eum tollam. Dicit ei ihesus. Maria. Conversa illa. dicit ei. Rabboni. Quod dicitur magister. Dicit ei ihesus. Noli me tangere. nondum enim ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos. et dic eis Ascendo ad patrem meum et patrem vestrum. deum meum et deum vestrum. Venit maria magdalena annuncians discipulis. quia vidi dominum. et hec dixit michi. **Offertorium**

In die sollempnitatis vestre dicit dominus inducam vos in terram fluentem lac et mel alleluia. **Secreta**

Suscipe quesumus domine munera populorum tuorum propicius ut in confessione tui nominis et baptismate renovati. sempiternam beatitudinem consequantur. Per. **Communio** Populus acquisitionis annunciate virtutes eius alleluia qui vos de tenebris vocavit in admirabile lumen suum. alleluia. **Complenda**

Exaudi domine preces nostras. ut redemptionis nostre sacrosancta commercia. et vite nobis conferant presentis auxilium. et sempiterne gaudia eterna conciliet. Per. **Feria vi.**

Eduxit eos **Post pascha**

Statio ad sanctam mariam rotundam

.h. .k.

ūs dn̄s in spe allā et inimicos eorum o
peruit mare allā allā allā. Ps. Attendi
te pp̄le meus legem meā. Inclinate au
rem urām in uerba oris mei. Gl̄a.

Omnips̄ sempit̄ne Oratio
ds̄ qui paschale sacramē
tum in reconciliationis huma
ne federe contulisti: da mentib;
nr̄is; ut quod pro-fessione cele
bramus. imitemur effectu. P.

Rmī Xpc̄ Petri apli
semel pro pctīs nr̄is mor
tuus est iustus pro iniustis: ut
nos offerret deo. mortificatos
quidem carne. uiuificatos aūt
spū. In quo et his qui ī carcere
erant sp̄s, ueniens predicauit:
qui increduli fuerant aliquādo.
qñ expectabant dei patientiam.
in dieb; noe cum fabricaretur
archa. in qua pauci. id est octo
anime salue fc̄e sūt p aquam.
Quod et nos nūc similis for
me saluos facit baptisma. nō

carnis depositio sordium. s; con
sciencie bone interrogatio ī dm̄:
p resurrectionem dn̄i nr̄i ihū xp̄i:
qui est in dextera dei. Gr. Hec dies.
V. Benedictus qui uenit in nomine
dn̄i ds̄ dn̄s et illuxit nobis ~~allā~~ Al
leluya. V. Dicite in gentib; quia do
minus regnauit a ligno. Mathm̄
In ill t̄ Undecim discipuli abierūt
in galyleam: in montem ubi cō
stituerat illis ihc̄. Et uidentes eū
adorauerunt: quidam aūt du
bitauerunt. Et accedens ihc̄: lo
cutus est eis dicens. Data est
michi omnis potestas in celo
et in terra. Euntes ergo docete
omnes gentes baptizantes eos
in nomine pr̄is et filii et sp̄s sc̄i.
docentes eos seruare omnia q̄
cumq; mandaui uobis. Et ecce
ego uobiscum sum omnib; di
ebus: usq; ad consummationem
seculi. Off. Erit uobis hic dies
memorialis allā et diem festū celeb̄

A. d.

uitis sollempnitatem dño in progenies
uestras legitimum sempiternum diem istam all'. all'.
Hostias qs dñe placatus **Secreta**
tus assume. quas et pro rena
torum expiatione peccati deferimus. et
pro acceleratione celestis auxilii
P. **Com.** Data est michi omnis potestas
in celo et terra alla. euntes docete oms
gentes baptizantes eos in nomine patris
et filii et spiritus sancti alla alla. **Compl.**
Respice qs dñe populum tuum. et
quem eternis dignatus es renoua
re misteriis. a temporalibus cul
pis dignanter absolue. P. **Sabbato**
ante albas. Introitus

Statio ad scm Iohannem in laterano —

Eduxit dñs populum suum in exulta
tione alla. et electos suos in leticia alla
alla. **Ps.** Confitemini dño et inuoca
te nomen eius. annunciate inter gentes
opera eius. **V.** Gloria. **Oracio**
Concede qs omnipotens deus. ut qui
festa paschalia uenerando
egimus. per hec contingere ad
gaudia eterna mereamur. P.

Karissimi. Deponentes **Petri apli**
tes omnem maliciam. et om
nem dolum et simulationes et
inuidias. et omnes detractiones.
sicut modo geniti infantes. racio
nabiles sine dolo. lac concupisci
te ut in eo crescatis in salutem. si
tamen gustastis quoniam dulcis est dñs.
Ad quem accedentes lapidem uiuum.
ab hominibus quidem reprobatum.
a deo autem electum et honorifica
tum. et ipsi tanquam lapides ui
ui superedificamini domos spiri
tales. sacerdotium sanctum offerre spi
rituales hostias acceptabiles deo
per ihesum xpistum. Propter quod continet
scriptura. Ecce pono in syon la
pidem summum angularem. elec
tum preciosum. et qui crediderit in
eum non confundetur. Vobis
igitur honor credentibus. non cre
dentibus autem lapis quem reproba
uerunt edificantes. hic factus
est in caput anguli. et lapis of

fensionis et petra scandali hiis
qui offendunt verbo. nec credunt
in quo et positi sunt. Vos autem ge
nus electum. regale sacerdocium.
gens sancta. populus acquisicionis: ut
uirtutes annuncietis eius qui de
tenebris uos uocauit in admira
bile lumen suum. Qui aliquando non
populus: nunc autem populus dei. Qui non
consecuti misericordiam: nunc autem misericordiam
consecuti. Alleluya. V. Hec dies quam
fecit dominus exultemus et letemur in ea.
Alleluia. V. Laudate pueri dominum laudate
nomen domini. Sequentia sancti euangelii secundum iohannem.
In illo tempore: Una sabbati maria
magdalena uenit mane cum
adhuc tenebre essent ad monu
mentum: et uidit lapidem sub
latum a monumento. Cucurrit
ergo et uenit ad symonem petrum
et ad alium discipulum quem dilige
bat ihesus: et dicit eis. Tulerunt do
minum de monumento: et nesci
mus ubi posuerunt eum. Exiuit
ergo petrus et ille alius discipu
lus: et uenerunt ad monumentum.
Currebant autem duo simul: et il
le alius discipulus precucurrit
cicius petro. et uenit primus ad
monumentum. Et cum se inclinas
set uidit lintheamina posita:
non tamen introiuit. Venit ergo Si
mon petrus sequens eum: et
introiuit in monumentum. Et
uidit lintheamina posita: et
sudarium quod fuerat super
caput eius. non cum lintheami
nibus positum. sed separatim inuolu
tum in unum locum. Tunc ergo introi
uit et ille discipulus qui uene
rat primus ad monumentum:
et uidit et credidit. Nondum enim
sciebant scripturas: quia oporte
bat eum a mortuis resurgere.
Offertorium. Benedictus qui uenit in nomine
domini benediximus uobis de domo do
mini deus dominus et illuxit nobis alleluia alleluia.
Concede quesumus domine supplices nos Secreta

ms opatio

per hec mysteria paschalia gratu
lari. ut continua nostre reparatio per
petue nobis fiat causa leticie. Per.
Com. Omnes qui in christo baptizati estis
christum induistis alleluia. Complenda
Redemptionis nostre munere ve
getati: quesumus domine; ut hoc perpetue
salutis auxilium. fides semper ve
ra proficiat. Per. Dominica in al
Quasi bis. Introitus
modo geniti infantes alleluia
racionabiles sine dolo lac concupiscite
alleluia alleluia alleluia. Ps. Exultate deo adiu
tori nostro: Jubilate deo iacob. V. Gloria.
Presta quesumus omnipotens deus: ut Oratio
qui festa paschalia peregi
mus; hec te largiente moribus
et vita teneamus. Per. Ab hac di
e usque ad ascensionem post oratio
nem diei dicantur orationes de beata
virgine. Concede nos famulos
tuos. A te papa. Deus omnium fidelium.
Iohannis apostoli
Karissimi: Omne quod natum

est ex deo: vincit mundum. Et hec
est victoria que vincit mundum:
fides nostra. Quis est autem qui vin
cit mundum. nisi qui credit quoniam
ihesus est filius dei. Hic est enim
qui venit per aquam et sanguinem:
ihesus christus. Non in aqua solum: sed
in aqua et sanguine. Et spiritus est
qui testificatur: quoniam christus est ve
ritas. Quoniam tres sunt qui testimo
nium dant in terra: spiritus aqua et
sanguis. Et tres sunt qui testimo
nium dant in celo: pater verbum
spiritus sanctus. Et hii tres unum sunt.
Si testimonium hominum acci
pimus. testimonium dei maius
est: quoniam hoc est testimonium dei
quod maius est. quia testifica
tus est de filio suo. Qui credit
in filium dei: habet testimonium
dei in se. Alleluia. V. In die resurrectio
nis mee dicit dominus precedam vos in galy
leam. Alleluia. V. Post dies octo ianuis
clausis stetit ihesus in medio discipulorum